



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1611. usque ad annum 1617

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1777**

**VD18 90118898**

§. 7. Facultatis Theologicæ Zelus contra Calvinistas.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67313)

## §. VII.

*Facultatis Theologicae zelus contra Calvinistas.*Sæc. XVII.  
A. C. 1613.

Magis commendandum erat Religionis studium, quo Facultas Theologica ardebat, dum Colinus Curiaë Syndicus die secunda Septembris Sorbonicis Doctoribus exposuerat, quod Calvinistæ in oppido Charentoniano suis expensis Templum quoddam erigere, atque ex omnibus Galliarum partibus plures accersere præsumerent Viros, qui juventutem in pestifera Calvinii doctrina erudiant, ac demum Ecclesiam Catholicam impugnent. Eapropter Syndicus hortabatur, ut nulla mora quosdam ex suis Viros seligerent, qui Regem, ac Reginam adeuntes præsentaneum hoc Religionis Catholicæ periculum eisdem exponerent, supplices, ut Sacra Majeitas promptum huic malo opponere vellet remedium: His perceptis censuit Facultas, proximo die ex qualibet Facultate Seniores esse assumendos, qui unacum Facultatis Syndico Regem ac Reginam hac super re convenirent, eorum nomine Filesaco utpote Seniore verba faciente. Porro hoc Templum nonnisi anno Christi millesimo sexcentesimo octogesimo quinto fuisse dirutum legimus.

*Argentre  
l. c. p. 85.*

M 5

§. VIII.